Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39944
Copyright: Melk, Benediktinerstift



rationalis glose saciata cum dicat propheta sa-
ciabor cum apparuerit gloria tua. Insuper quibus ser-
mo loquitur est de gaudio beatorum. Unde
saluator. Intra in gaudium domini tui. Dico
primo ad sedem quod introitus in gaudium fit
per claram dei visionem. Deinde di-
co ad primum et videtur quod implicat
contradictionem quia iuxta dictum propheticum di-
citur quod anima saciatur cum ut apparuerit gloria
dei et supponitur quod visionem dei non se-
quitur gaudium. ex qua suppositione inferre
vultis quod tunc anima non saciatur. Et saciatur
et non saciatur quod implicat. Unde dictum prophe-
ticum per vos allegatum et suppositio implicant
contradictionem sed dictum prophete est verum ergo
suppositio non stat. salua caritate. Sed audiat cari-
tas vestra magistrum sententiarum qui distinctione 48 4ti
circa principium sic dicit diuinitatem eius scilicet xpi mali
non videbunt. Unde ysa. Tollatur impius ne vi-
deat gloriam dei, humanitatem videbunt ut timeant,
diuinitatem vero non ne gaudeant. Diuinitas enim
sine gaudio videri non potest. Et in sequenti capitulo
magister allegat Augustinum sic dicentem. Cum in
forma serui glorificata iudicantem vide-
rint boni et mali tolletur impius ut